



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

25. Sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

*Iudicium ibid.
cap. seq.*

Prov. 8.

*I. Socrat. in
Areopagit.
Plutare. ad
Princ. merud.*

Et cap. sequenti: Quomodo concessum A est eis dominium à Deo propter ipsorum civilem benevolentiam. Hæc igitur optimæ sunt status rationes: Per me, per me, inquit Deus, Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Et de eodem dicitur: Non est similis tui in legislatoribus. Quare perversa status ratio censenda est, quæ divinæ legi quoquo modo aduersetur.

Est quidem status ratio, recta consultatio circa ea, quæ graviora, ac potiora B sunt in gubernatione politica, civilibus, humanisque legibus per excellentiorem quamdam epichoram, æquitatemve, non tamen divinâ lege superior. Unde Pilatus, populusque ratione status abusus, nec se ipsum in statu, nec Rempublicam intolumem conservavit.

Dicant Principes rectâ ratione status uti, non abuti.

SENTENTIA. PUNCTUM X V.

Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum, Luc. 23. Et seddit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos. Hebraicè autem Gabbatha, &c. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Joan. 19.

Eccles. 3.

Clem.

Habac. 1.

*Isa. 53.
Vatabl.*

*Tert. Apo.
c. 21.*

V Idi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco justitiae iniquitatem. Et quando magis? Finit idem, inquit Clemens, accusatores, testes, & judices, sententiaeque authores.

Heu! Quare non respicie, Domine, super iniquè agentes, & tales, de vorante impij iustorum fætus.

Nunc planè: De iudicio sublatus est; aut juxta Vatabulum: Absque dilatatione, & citra iudicii raptus, vel per tractus est. Violentia nempe suffragiorum, inquit Tertullianus, in Crucem dedi sibi extorserunt.

Unde causatua, innocentissime Domini, Iob. 36. ne, quasi impii iudicata est. Tu omnium cognitor, pro me cognitor audiendus astitisti. Judicium intrasti Judex, rei reus factus es, a pœnibus suscepisti pœnas, à danatis sententiam non refugisti.

En hodie innocens Naboth, homo ille 3. Reg. 21. fructificans, qui exiit seminare semen suum. Hebr. quique discipulus ait: Elegi vos, ut eatis, & Matth. 13. fructum afferatis; & qui dat velle, quod est Dan. 15. semen, & perficere fructum, veræ, in Phil. 2. quam, vineæ Domini Sabaoth, à Izabel insulæ stercoraria, hoc est, Synagoga, quæ bonorum temporalium in secore se volutabat, falsis in eum festibus perquisitis, postulatus, ac damnatus ad mortem.

O innocentissime Jesu, quæm potiori jure, ac innocentia ad Patrem conversus dicere poteras: Domine Deus, qui abscondit torum es cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant, tu scis, quid falsum testimonium rulebunt contra me, & ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt contra me.

Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas Ierem. 11. justè, & probas renes, & corda, vide amulctionem tuam ex eis: (quoniam & ipsi claverunt contra me: Sanguis ejus supr nos, & super fibros nostros) tibi enim revelavi causam meam.

Iudica me Deus, & discerne causam meā, Psal. 42. de gente, non sancta, ab homine iniquo, & do loyo erue me.

Quænam, rogo, lata unquam sententia iniquior, aut injustior è, quæ innocentia ipsa damnatur? Solus amor innocentiae patrocinatur, ut si Christus honore mortius innocens, amore patrocinatus, mortiacut.

In horto Gethsemani capitul, & planè Ioh. 18. mysterio: quia undique odorem innocentiae halat; & signanter Gethsemani, Matthe. 26. quod est vallis olei, ut amor causam agat, Mare. 14. & comprobet innocentiam, qui proprietate potius in horto, quæm in cœnaculo capi maluit, ne qua immoderantia suspicio Amore patrocinante mortuum Christus. Cui in horo, non in cœna capi voluit. Ioh. 18.

Iuædibus pontificiis percutitur alapæ, & ne forte temerati erga Pontificem atguere: ut honoris, hec protinus pro innocentia subintulit: Si male locutus sum, testimoniū

*Testimonium perhibe de malo, si autem bene, cur
me cadis?*

*Matth. 26.
Petrus Christi:
innocentia non
obstat.*

Ad Annæ domum pertrahitur, ubi à Petro, discipulo, socio, commensali negatur. Sed Petri testimonium haud nocet innocentia: negavit etenim cum juramento, quia non novisset hominem; ergo de eo nihil probavit, unde adhuc innocentia triumphat.

*Iean. 19.
Tertull. in
Apol. c. 21.*

Traducitur ad Pilatum, coque semel, arque iterum examinato, pleno ore Pilatus & ipse jam, ut loquitur Tertullianus, pro sua conscientia Christianus, re tulit: *Ego nullam invenio in eo causam.*

Luc. 23.

Transmisit Christum ad Herodem, à quo amictus alba, hoc est, sua ipsa innocentia, discessit.

*Matth. 27.
Iudas etiam
profuit.
D. Maxim.
hom. ac accusa-
to. & condemn.
Domino.
Marc. 14.*

Proditor ipse pecuniam reportat: *Pec-
cavi, inquiens, tradens sanguinem justum.* Et magnum (inquit D. Maximus iterum allatus) Dominus innocentia testimoniū, dum accusator ejus, & confiteretur de scelere, & reus est de mercede.

Quæruntur adversus eum testimonios, sed ea minime convenientia. Quid plura? Innocens inventus est (ut Jurisperitorum verbis utar) de jure, & de facto: crimen nunquam coramiserat, & ea, quæ objecta fuerant, juridicè probari minimè potuerunt. *Captabunt ergo nuse-
verè in animam justi, & sanguinem inno-
centem condemnabunt.*

*Psal. 93:
Cyprianus de
Passion. Christi*

Unde Cyprianus: *Consideravi operas tuas,
& expavisi Clavis sanctos pedes terebranti-
bus, fossisque manibus, de vulnerum an-
xietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus non quereris, sed satagi-
s, ut innotescat posteris, quare dereli-
quis à Deo videaris, expositus contume-
lis & Judæorum ludibris. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædi-
xerat, & Caiphas mortem tuam pro inti-
mico populo satisfactum cum esset an-
ni illius Pontifex, prophetaverat. Tu de-
morte non agis, de opprobriis non con-
tendis, sed hoc vis intelligi, quæ sit causa
mortis, quis quæstus, ut utraque re-
cognita, peccatum appareat, & gratia, &
quanti ponderis sit utrumque, rerum
probat effectus, cum originali morti nul-
lum nisi in Christi morte potuerit esse re-*

A medium, nec reconciliare Deo potuit exiles, & damnatos quælibet oblatio, nisi sanguinis hujus singulare Sacrificiū. Quasi dicat: Hoc voluit, hoc moriens ille curavit, ut plenissimè suā innocentia constaret, quia non pro suo, quod nullum habere poterat, sed pro mundi peccato moriebatur.

Pulchritudo D. Gaudentius ad illud: *Vt ju- D. Gand. de
ſificeris in sermonibus tuis, & vi- Nat. Dom.
B dicaris, Dominus, inquit, Jesus in Passio serm. 12.
ne sua judicatur, & vincit, moritur, & tri- Psal. 50.*

Seiebat, siebat Præses, quid per invidiam Matth 27.
tradidissent cum. Et quid mirum, si cla- Invidia radix
ment: Crucifige, crucifige eum? Radix ho- homicidiij.
micii, inquit Chrysostomus, invidia, & Chrys. hom.
invidiae fructus, homicidium. Unde & 54. in Gen.
Apostolus utrumque neicit: *Plenos ait, in- Rom. 1.
vvidia & homicidio. Nihil labore, nihil invi-
dia gravius: per eam mors in mundum Invictus felici-
venit: nam cum hominem honorari Dia- tatis humana-
bolus conspergat, ejus boni impatiens, omnia molitus est, ut eum perderet,
semperque ex hac radice fructum hunc
erupisse liquet. Propter hanc Abel inter-
emptus est: propter hanc David cædis
periculum subit: propter hanc alij mul-
ti perempti sunt: hinc Judæi Christum
interfecerunt.*

Huc appositè Basilius: Transfer, in Basili.
D. quir, cogitationem tuam ad maximam Invidia Chrys.
invidiam, & ob maxima conflatam, quæ sto mortem at-
ex Judæorum contra Salvatorem insa- tilit.
nita orta est. Cur invidebant ei? Propter
miracula. Quæ miracula? Salus egenorum,
alebantur esurientes, excitabantur
mortui, & vivificanti invidebant: fuga-
bantur Dæmones, & imperanti illis
struebantur insidiæ: mundabantur leprosi,
claudi ambulabant, surdi audiebant,
cæci videbant, & benefactor fugiebatur:
denique cum morti tradiderunt, qui vi-
tam est largitus, & flagris cædebant ho-
mimid liberatorem, & condemnabant
mundi Judicem. Sic ad omnia pervene-
runt invidiae mala.

Et quid non perveniant? Invidia cælum:
tentat, inquit & verè, & eleganter Chrysologus: ibi enim Diabolus fecit ex An-
gelorū urit terras, quæ utique Paradisi no- Chrysolog.
bis. ser. 172.

Nnn 3.



Matth. 2.

Gen. 4.
Iudeos fecit
deicidas.

Matth. 5.

Omnis virtu-

tes exurit.

Aug ad Fra-

tres in cromo.

ser. 18.

Iust. 4.

Tinea, erugo,

bruchus vir-

tutum.

O invidiam ! ô monstrum ! ô pestem !
 Invidia, Fratres desideratissimi, (sic in
 eremo loquebatur Augustinus) omnes
 virtutes concremat, omnia bona diffi-
 cit, omnia mala generat. Invidia est illa
 pessima tinea, quæ purpuramenta virtu-
 tum demolitur, erugo, quæ thesaurum
 sapientia prædatur; bruchus, qui terra-
 rum virientia comburit : quia quicquid
 boni operis v. n homine, penè pe-
 stis invidia. ecce, quæ Ange-
 lum de cælo. quæ hominem de
 Paradiso exuli. quæ filios Israël in de-
 serto percutiit, quæ contra Joseph fratres
 armavit, quæ Danielen in lacum leo-
 num misit, quæ caput nostrum Crucis D
 affixit.

Ita est. Fratres : ita Christus in Cruce
 nunquam suspensus fuisset (inquit Gre-
 gorius ad illa C. erba : Dura,
 scilicet Infernus, & mulier. magnam in-
 vidiam cor Synagogæ exarsisset: dum Sy-
 nagogue Christum ad Inferos transmis-
 tere putavit, ei osque ad mortem corde
 immisericordi invidit. Fera ergo pessima
 (invidia) devoravit filium meum Joseph.

Cum itaque innocentem per invidiam
 sibi traditum Pilatus adjudicat, quām
 impiè, quālo, quām inuste protribunalis
 sedet?

O quām non sedet, cui nec sedendo, nec
 quiescendo animus factus est prudens !
 ô quām nō sedet, qui tam piæ properè sen-
 tentiam tulit ! Uno vix integro die ca-
 pebus, damnatus, crucifixus est Christus.

Pilatus pro tri-
 bunali non se-
 dit.

A Distulisset saltem ad decem dies, quibus precipitavit
 vel post latam sententiam damnatorum sententiam.
 vita proendi poterat. Sic Tacitus in 3. Cornel. Tac.
 Annalium. Factum Senatusconsultum, 3. Annal.
 ne decreta Patrum ante diem decimum
 ad æstatum deferrentur, idque viræ spa-
 tiis de morte cunctatio longa est.

Optime consuluit Theodosius Ambro-
 sius, ut sententia capitis ad triginta dies
 extenderet. Hic præcepis in sententiam
 ruit, ac sedens, in sententia non sedet.

B Miser, qui sedet pro tribunali, contra tribu-
 nali in loco, qui dicitur Lithostrotos, hoc est,
 loco lapidibus strato. Hebrei et autem Gabba-
 tha, eminenti, vel excelsi ; nec ullam tam
 Judicis celsitudinem, firmitatem, con-
 stantiā ve tenuit, sed penitus judicium
 inclinavit. Justitia est constans, & perpe-
 tria voluntas, jus suum unicuique tri-
 jur. infirmum.

C buens. Quia is, rogo, constantia prædi-
 tus, qua animi firmitate : O, ô Judicem
 pusillanimem ! Levinseulus eum metus
 deflexit, non qui constantem virum à
 gradu deturberet. Clamores turbella tan-
 tum audierat, non viderat gladios, aut
 hastas ad pectus admotas, nō damnaret.

Seneca in Octavia :

Inustum esse facile est, cui vacat pectus
 metu.

Horat. 3. Carm. 3.

Inustum, & tenacem propositi virum,
 Non cœcum ardor prava subiuntum,
 Non vultus instantis tyrami,
 Mente quatit solida.

Sed sat scio, justiciam non esse in terrâ. Osee 4.
 Non est veritas, non est misericordia, non est
 scientia Dei in terra. Domine, in calo miseri- Psal. 35.
 cordia tua, & veritas tua usque ad nubes. In
 cœlo Christi mors decretata est. Convene- AG. 5.
 runt enim verè (inquit ad Deum Petrus)
 adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem
 Eunxisti, Herodes, & Pilatus, cum gentibus, &
 populus Israël facere, quæ manus tua, & consil- Margin.
 lium tuum decreverunt fieri. Ubi in Mar-
 ginali asterisco pulchre notatum, prius ;
 Quæ manus tua, & consilium tuum prius de-
 creverunt fieri; hoc est, nisi ex maxima
 pietate, & misericordia filium Pater prius
 tradidisset, nunquam eum impij Judges
 morti tradere potuissent.

Tu

Sup. 12. Tu, tu Pater, cùm sis justus, iustè omnia disponis, eum quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum estimas à tua virtute. Sed quomodo justus, ait Gregorius, si eum, qui non debet puniri, condemnat? Et difficilimum locum enodans, respondit: Mediator siquidem noster puniri pro semetipso non debuit, quia nullum culpa contagium perpetravit, sed si ipse indebitam mortem non suscepere, nunquam nos à debitâ morte liberaret. Pater ergo, cùm justus sit, iustum puniens, omnia iuste dispositus: quia per hoc cuncta iustificat, quod eum, qui sine peccato est, pro peccatoribus damnat, ut eo cuncta omnia ad culmen iustitiae surgerent, quo is, qui est super omnia, damna iustitiae nostra sustineret.

CRUCIS BAIULATIO.

PUNCTUM XXVI.

Et bajulans sibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvaria locum. Joan. 19.

B. Laur. de tripl. Chri-
stiane, c. 16.
Christus qua-
lum mortens
Calvaria onu-
bus cruce
xierit.

S Usurantibus ergo sparsim invicem turbis, quæ convenierant ad spectaculum (ta pie Justinianus) ecce jam Dei Filius egreditur de januâ Crucem super humeros serens. Incedebat demissio vultu, incestu humili, fatigatus, & anxius, quippe qui tota nocte fuerat flagellatus, colaphizatus, consputus, illitus, atque oppressus.

Tardius incederet, nisi patibulum quasi penna penarum, & ala charitatis aptata sanctissimis humeris, molem excruciat corporis veherer potius, quam veheretur. Vadit nunc tandem ad ferale jugum, proditque extra urbem suis obsecram et imribus divini Patris Sapientia: & quidem omnia bona secum portat, hoc est, Crucem. Prodit Jesus lignum humeris bajulans, hoc est, trophyum fixurus victoriae sempiternæ.

A. Eunte igitur ad locum clarificationis D. Leo serm. Domino, & misericordia ab impiorum 10. de Pass. tabernaculis exente, ut impleretur, Psal. 118. quod scriptum est: Longè à peccatoribus sa- Lus. 23. lus: sequebatur eum multitudo populi, & mulierum plangentium, & lamentantium eum: sed istum sibi planctum Dominus Jesus designatus impendi (fatus sic allatus jam iterum D. Leo) quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta vi- etoriam.

B. Sux trophyum glorie Christus jam gerebat, Ita Cyprianus: Ascendisti, Domine, palmam, quia istud Crucis tuae lignum portendebat triumphum de Diabolico, vel de principiis, & potestatis, & nequitius spiritualibus victoriæ.

Et quis Regum insigne potestatis suæ homero praeficit (inquit acutè adversus Marcionem Tertullianus) & non aut ea- Tert. I. 3. pite diadema aut manus sceptrum? Solus Cur humero novus Rex Christus nova glorie potesta- insigne potesta- tem humero extulit, Crucem scilicet. tem humero extulit, Crucem scilicet. Tert. I. 3. interpretulit.

C. Factus nimis principatus super hume- Ia. 9. rum eius. Psl. 95.

Dicte in nationibus: quia Dominus regna- Tert. contr. vi à ligno: quia à passione ligni, ut ait Tertullianus, fuperata morte regnavit.

Isaiah vidit requiem, quod esset bona, & Gen. 49. terram, quod optima, & supposuit humerum

D. sum ad potandum; subiiciens se Crucifixum ad potandum; subiiciens se Crucifixum inquit Ambrosius, ut nostra peccata por- Ambros. de bened. Patri- taret. arch. c. 6.

E. Cur ergo latus non incederet? D. Cæsar pulchre: Exhibitam Crucem super Quam latus humeros, tanquam vîctor, tollens, ibat morte adie- sponte ea clavis suffigendum. Sic Isidorus Pelusiota: Judicis sententiâ Cruce D. Caesar. damnatus, eam tanquam vîctor, humeris dial. 3. tollens incedebat. Istid. Pelusi. 1. ep. 289.

F. Quo passu? Semita in pedibus eius non ap- parebat Hieronymus: Pra amore, via la- borem non sentiret, neque aliquam im-becillitatem humanae lasitudinem.

G. Quid miremur? Indignatio mea ipsa au- xiliata est mihi, Tigurina: Æstus meus me fulciet, internus nimis irum amoris æstus ad onus hoc perferendum adjuybat. Matth. II. 1. 24. Hieron.

H. Iugum meum (dicere poterat) suave est. Arnold. tr. & onus meū leve. Ultrad ob id demissio po- de 7. verbis plite, curvat scapulas, inquit peregregie Domini in Arnol. Cruce.